

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ebrietas ai  
cum fonte primo

Addice illum ignoracione sui, dubia et parum explanata uerba,  
incertos oculos, gradum errantem, uertiginem capitis,  
tecta ipsa mobilia uelut aliquo turbine circumagente totam domum,  
stomachi tormenta cum efferuescit merum ac uiscera ipsa distendit.  
Tunc tamen ut cumque tollerabile est, dum illi uis sua est.  
Quid cum sompno uiciatur que ebrietas fuit crudelitas facta est?

Seneca LXXXV. epistola.

Addice illam ignoracionem sui, dubia et parum explanata uerba,  
incertos oculos, gradum errantem, uertiginem capitis,  
tecta ipsa mobilia uelut aliquo turbine circumagente totam domum,  
stomachi tormenta cum effervescit merum ac viscera ipsa distendit.  
Tunc tamen utcumque tolerabile est, dum illi vis sua est:  
quid cum somno uitiatur et quae ebrietas fuit cruditas facta est?

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 83.21  
(L. Reynolds ed., vol.1, p.283, ll.8-14).